



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

21. S. Ursula, & sociæ ejus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

tur terrarum orbe: Ut & peccatores recedant à viis suis pessimis; Boni verò & iusti magis & magis proficiant in spiritu, sanctitate, & iustitia, sacrum & rosarium hodiernum in hunc finem applicemus. Ah! cur non ardeat pro Deo cor nostrum, quando cœlum, & terra veniunt in nostrum obsequium? Fili mi! nil magnum, nil altum, nil gratum, vel acceptum sit nobis nisi purè Deus, aut de Deo sit, Gersen.

Festum SS. Ursulæ, & Inclytæ  
Societatis Ejus.

EXHORTATIUNCULA I.

**O** Prudentes Virgines! Aptarunt lampades! Ierunt, mortuæ sunt, sed castæ, sed innocentes. Hic mos sponsarum Christi! Malunt perdere omnia, modò animas salvent. O fili! Quid prodest homini, mundum si universum lucretur; animæ verò suæ detrimentum patiatur? Totus mundus nos possidet, & nos non possidemus nos ipsos. Quidquid sit, vel fiat de mundo, de corpore &c. Nos sapere oportet, &  
non

non negligere nos ipsos. *Qui enim sibi nequam, cui bonus? est sapiens anima sua sapiens.* Eccl. 27. Hoc unum est necessarium, hoc negotium negotiorum: Propriæ salutis cura.

*Instructio meritoria.*

Ubi lampades nostræ? Ecce! Sponsus venit. Occurramus adventanti per Sacramentalem confessionem, & Communionem hoc Festô singulis annis repetendam. Compensabit devotionem, & hunc sui amorem in lectulo mortis S. Ursula. O beata mors, quam dulcorant undecim Virginum millia. Aderunt, si in cultu earum nobis non deerit constantia.

II.

**Q**uid hoc? Dilectissime! Ecce! advolant barbari, sagittæ parantur & arcus, interitum minatur undique tyrannica mors. Non cedit cum societate immota Virgo, B. Ursula, stat, & mille mortes optat, quàm foedari. Quantus amor! O Chare! nobis vix non omnia eveniunt difficillima, cum quæ pro Christo agenda, aut sustinenda.

Quanta

Quanta ignavia ! O fili ! Non sufficit, diligere Deum, sed verè, fervidè, & ardentè, constanterque diligere expedit. Cessare ante tempus, desidiæ est maximæ. Hinc D. Paulus: *Sic currite, ut comprehendatis.*

*Instructio meritoria.*

Amazones tam generosæ expectantur plures in Ecclesia. Sunt, quia in Monasteriis enutriuntur plurimæ. Ut suâ puritate, & innocentiam deleant, & leniant vulnera in Corde Jesu, quæ infligunt impura pectora, visitabimus hodie altare aliquod Beatæ Ursulæ sacrum, vel aliàs nobis pro nostra in hac Virginem devotione liberè in templo electum, ibique orabimus S. Rosarium gaudiosum pro perseverantia omnium in statu Virginali viventium. *Divinorum omnium divinissimum est, cooperari in salutem animarum.* S. Dionysius.

III.

**F**lebilem casum ! Una ex numero tot Virginum cecidit animò, & metu mortis delituit. Sic nihil perfectum in

in hoc mundo. Necessè tamen est, ut veniant scandala, & peccata, ut in bono exin solidentur magis sanctorum corda. Fili! si credamus nos stare, timeamus, ne cadamus; Patimur quotidie, unde nostræ nos pudeat inconstantia, & imbecillitatis innata. Hanc auget imprudens timor. Sed rejiciamus cordatissimi pro Deo. Plus vexamur timoribus, quàm malis, plus opinione, quàm re. Mala semel nos premunt, timor assidue, Meticulosus multa credit, parùm audet, agit nihil. O vile hominum meticolosorum genus!

*Instructio meritoria.*

Sed quid nobis agendum, dum humanâ seducti infirmitate labimur? Citò in genua provoluti, & Crucifixum Jesum arripientes manibus, ingemiscendò, & pectus dolorosè tundendò, post amorosa oscula dicamus: *Miserere mei Deus, cum quinque Pater & Ave* in honorem SS. Vulnerum. Additâ S. Aug. clausulâ: *Domine Jesu! Deus & pars Cordis mei! Per illa SS. Vulnera, quæ amor mei tibi inflixit in Cruce, quæso,*  
*tuo*

594 XXVIII. Octobris. S. Simonis & Judæ Ap.  
*tuo famulo subveni, quem pretioso san-*  
*guine redemisti.* Si fieri potest, eâdem  
die, vel sequenti humiliter confiteamur,  
quia peccavimus. Sic cecidisse non no-  
cet.

## Festum Sanctorum Apostolo- rum Simonis, & Judæ.

### EXHORTATIUNCULA I.

**H**I Apostoli ò quales non tulere in-  
jurias, & persecutiones à mundo!  
Sed non mirum. Christi erant discipu-  
li, quorum vita una continuata perse-  
cutio. Dubito, mi bone fili! An &  
nos de eorum simus numero? Quia,  
quòd nos odiat mundus, corde tam in-  
firmo, ac debili portamus. Ubi est fi-  
des nostra? Ubi & spes solida? Stemus  
firmiter, & perseveranter! Simus lon-  
ganimes, & viri fortes, & veniet nobis  
consolatio in tempore. Gersen.

#### *Instructio meritoria.*

Tempore afflictionis, vel persecutio-  
nis sese subtrahere publico, & agere  
cum solo Deo, non modò consultum,  
sed & sanctum est. In solitudine, & re-  
colle-